ad Epatum fuerint promoti sub pena suspensionis
ipso facto incurrenda sive resederint, sive non in
aliena Diecesi, etiam de propriorum Ordinariorum
licentia, munia Pontificalia quomodocumque exer-
cere, nec etiam pro eo tempore, quo sive ex indulto
Sacri Concilij Trid., sive ex dispensatione Aplica
eisdem non residere permissum fuerit; Et ad reli-
tempora, quo (ut prefatum est) ultra tempus Con-
cilij non resederint nullatenus eisdem liceat pro-
ventus illos, aut fructus Ecclicos, tametsi alio-
quin beneficia legitime ipsis fuerint collata, perci-
pere, aut illis uti, et frui, etiam sub spe dispensa-
tionis obtinendae, ad quos fructus, et proventus San-
ctitas Sua ex nunc eosdem pro tpore incapaces decla-
rat, ac inhabilitat, nec non ad penas restitutionis, aliasq.
que contra usurpatores, ac iniustos detentores bonorum
Ecclicorum latas teneri declarat; Quod si demum ex aliquo
ingruenti bellorum, aut alterius cuiuslibet gravis causae
impedimento, et Sedem Aplicam (ut predictum est)
in scriptis approbando alicui ipsorum minime
residere permissum fuerit, saltem in loco aliquo
proximiori et eandem Sanctam Sedem in scriptis
designando residere omnino teneantur sub ijsdem
prorsus penis, quae superius de residentia in Diecesi
dicta sunt. Presens autem decretum idem SSmus
cuilibet ex predictis Episcopis pro tpore ante pro-
positionem in Consistorio ad Ecclesiam notificari
mandavit, ut ad omnium in eo contentorum observa-
tionem juramento imponi curet et sub rogitu
Notarij Sacrae Congnis de Propaganda fide prestari